

Heinsio.

Nobilissime ac Doctissime Domine.

148

(416)

Qui hoc facinus tentavit, nescio quibus satis aequum viribus  
Cl. Bartholomeus Morisotus, vix caeteroqui eruditus,  
neque inter Seyuanos non infelicissimus Poetarum, alterum  
hoc audaciae suae specimen tibi manu meâ oblatum voluit  
alterum Brunio, Hispania ad nos Legato, veteri inquit  
et vero amico. Addit autem quae sequuntur. Ridebis  
cum Heinsio illo tuo audaciam meam! quod vestris  
studis et stilo dignum opus, ignarus et tenuis vates  
agressus sim. Sic fieri in dedecus vestrum oportuit, quod  
vos quantum potestis, nescitis, et ego plus etiam ausus  
sim, quam solidioris ingenii vires permitterent. Si  
demeritatem meam lectorum iudicia damnauerint,  
magnifice periturus. si probauerint, editurus statim  
in XII. Fastorum libros commentaria jam parata.  
Aros modo sacri Musarum antistites, tu et Heinsius tuus.  
faucte precor conatibus meis, et pro humanitate vestra  
defendite, iunato hominem, iam dudum vestri cultorem.  
Addit aliam quoque epistolam Versaculam, quam quia  
taedet exseribere subiungo autographam. Tu, si quid inspec-  
tis omnibus tuo nomine reponendum censes, ecce cui  
curandas literas facile committas ac tibi. Is est  
Vir Magnus Pleno affectu Tuus.  
C.H.

30. Nov. 1649.

(417)

Lampio.

Ex quo nuper Bredae fui, aliquot me interpellant causa  
mi Lampii, cui Philippum meum è pago ad urbanam  
vitam adducendum duxi. In eam rem nonnullis  
mihi sermo fuit cum Bubbenio Bredae Conrectore.  
Is mihi privatam operam serio addixit, memor fortasse  
non unius beneficii, quo se mihi adstrictum profitebatur.  
Novit caetera Buerstedius, qui hasce traditurus est.  
Commenda fibem vixit, qualem nasti integerrimo, non  
deus atque si cum praesente meo verba commutasses,  
et Bubbenium quidem quantum potest certionem  
reddo, de Philippi profectum ac defectum, ut hanc cum  
fructu et commoda optimi adolescentis alteri lampada  
tradamus.

Tradamus. Facies ut fecisti, rem mihi gratissimam  
ac tuâ maximè pietate dignam. Vale Haga Com.  
pud: Non: Febr: C1D1CCL

Pecunia quam tibi persolvendam habeo  
ex quo communes illas cum . . . . .  
. . . . . rationes expunxi, quâ ad  
me spectabant, summulam descriptam  
cum voles expectabo, et solutam dabo.

Ad Cl. Bartholo-  
meum Morisotum.

Nobilissime atque Amplissime Vir.

(418.)

Facilis conjectura est, quo me vultu legas, nempe quo  
scriptorem negligentem possis, et indignum amicitia  
tam frequenti pignore oblatâ. Certè si justior quam  
clemens es, diu clementior quam justus, ecce te, ni fallor,  
verbo placabilem. distuli ad describere, neque causam  
dico, quin addas turpiter distulisse. Te illustrem culpa  
socium cito. Is es noster Heinsius, qui et coram inter-  
pellatus, et per epistolam non semel, quas mecum tibi  
pro tantâ humanitate gratias debet, hactenus referre  
desinit. Vacat tamen ille ab omni munere publico  
et me quidem procurante vacat; ut quas olim Lectiani  
Academicae horas debuit, posset nunc amici imputare,  
non distractus. Ego verò sentio me expectare dum defluat  
annis, at ille forsam labitur et labetur, et solvendum  
porro nexum credidi, quo me nimis impeditum tenuit.  
Solutus itaque ad te accedo, et communis culpa veniam  
posco, si quod uterque deliquimus, uni expiandum censes.  
Iamque adeo si pateris missa haec ut faciamus; accedo  
ad id quod res est, et pro tot muneribus, quibus me  
ditatum voluisti et eruditum, gratias, quas debui maxi-  
mas serio, sed quia sero, maximis majores reddo, et si  
quid hic alludere decet ad vetus verbum scriptoris iteni  
Maximi, tarditatem officii gravitate compenso. De  
scriptis porro sic pronuntio, ejusdem felicissimi geni  
esse quidquid a te proficiscitur, sine arcto te includas  
sen pede libero tellurem pulses, o in studiis nostris emi-  
nentissimos quâ in parte voluisti (quae habet verba  
apud Poetam a Marone proximum lecta libens meritoque  
tibi applico) in Fastis tamen te ajo te, quod nemo non frustra  
tentet